



Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

32. Quid sit de illorum, qui ad vitandam contagionem inungunt sine oratione, dicendo tantu[m] hæc duo verba: vngo te, & statim abscedunt?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

462 DE N E C E S : ET M O D : M I N I S T :
quiſ vti illuſtriſ: Domini Octauii, & Mo-
lani forha, quam præcedente quæſtione
proposuimus, ſubintellecta ſaltem condi-
tione, per regulā aliquoties repetitam, quia
eo caſu, prästat ministrare sacramentum
dubium quam nullum.

Q V A E S T I O XXXII.

*Quid ſit de illorum, qui ad vitandam contagio-
nem inungunt ſine oratione, dicendo tantum
hec duo verba, vngō te, & statim
abcedunt?*

Quæſtioneſ explicatio.

Quibusdam Theologis viſum eſt, ora-
tionē nō eſſe de eſſentia formæ huius
ſacramenti: Iſtius opinionis fuereunt (a) Al-
a In 4. di. 23.
art. 3.
bertus, (b) Richardus, (c) Paludanus, quoſ
b art. 1. q. 4.
ad 2.
videtur ſequi (d) Nauarr in Manuali. Quin
c q. 1. art. 2.
d c. 22. n. 15.
etiam (e) Durandus audet vocare in dubiū,
e in 4. diſ. 23.
q. 3. num. 7.
an formā deprecatiua ſit iuſſiciens: Occa-
ſione huius quæritur, an modus ministran-
di per verbum indicatiuum (vngō te) poſ-
poſita oratione poſſit tolerari?

Reſponſio.

Non potheſt tolerari, quia deficit in eſſen-
tialibus, ſiquidem formā ſecundū Cott-
cil. (f) Florentin. nec non viſum Romana-
& vniuerſalis ecclesiæ deber eſſe deprecati-
ua, & proferri per modū orationis, vt dicti
f ſupr.

Concilia

Concilia ex verbis illis D.(a) Iacobi, (vngant a Jacob. 59
& orent super eum) bene colligunt.

Dices: D. Ambrosius dicitur v̄sus verbo
indicatiōne, v̄ngo te.

R. cum D.(a) Thoma, verba illa modi b in 4.d. 28.
indicatiui, quae sunt in v̄su aliquarū eccl- q. 1. ar. 4. ad 8
fiarum non esse formam huius sacramenti,
sed esse cæmoniam quandam seu dispo-
sitionem ad formā. Existimat enim nul-
lam ecclesiam vti solis illis verbis modi in-
dicatiui, sed præmittere illa ad explican-
dam actionem ministri, postea vero subiun-
gere deprecationem.

Q V Æ S T I O XXXIII.

*Quid sit de illorum, qui loco vunctionis distillant
guttam olei in corpus peste infecti?*

Quæstionis explicatio.

C^Asus est talis, offendit pastor peste in-
fectum, præter expe&tationem suam,
grauolentem, & pestifero sudore vndé-
quaque madentem, quæ duo symptomata
iustum illi timorem periculi contagionis
iniiciunt: Cum ergo neque manu corpo-
ri admota, ausit contingere, neque vir-
gam, aut aliud honestum instrumen-
tum habeat, quo corpus vngere pos-
sit, ipse effundit vel stillat in corpus

egri